



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

Hymnus Sev Oratio. Rvperti Ad Sanctvm spiritum, cuius mentionem facit  
libro duodecimo. Qui decantari potest sicut & hymnus ille, Veni creator  
spiritus & cætera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)



uoluit multos fratres habere, q̄s & añ oīa secula sibi cōformes facere, id est, in gloriā filioꝝ dei adducere prædestinauerat. ¶ Adde q̄ illū optime decebat, q̄ cū perissent in Adā tot filij dei, fratres sui, ip̄e autor salutis eorū per passionē cōsummatuꝝ est. Quanta dilectione digna sunt hæc: Nimirū propter hæc nō diligere illū, nimia gratitudinis est, summa nequitia est. ¶ Quasi ligna hæc sunt, subiecta semperq̄ subijciēda in altari, ad nutriendū sanctæ huius dilectōis seu iusti amoris ignē, sic ut in sc̄tā & mystica lege scriptū ē. Ignis i altari semper ardebit, quē nutriet sacerdos, subijciens mane ligna p̄ singulos dies, & imposto holocausto desup̄, adolebit adipēs pacificoꝝ. Ignis est iste perpetuus, qui nunq̄ deficiet in altari. Et nunc quidē in Syon, id est, in præsentī Ecclesiā (sicut iam dictū est) dilectio hæc, siue amor iste ignis est: sed nondū tātus, ut caminus iure dici possit. Caminus illic erit ubi præ magnitudine amoris, & torrente uoluptatis illi beatæ Hierl̄m. f. sanctoꝝ atq̄ electoꝝ oīm uniuersitati, nihil aliud q̄ deū cogitare aut respicere uacabit. Holocausta sup̄ hunc ignē, & adipēs pacificoꝝ, laudes & gratiarū actiōes erunt: à quibus nunq̄ cessare poterunt. Nam beati, qui habitant in domo tua dñe, in secula seculorum laudabunt te, Amen.

Rom. 8  
Tit. 1  
Autor salutis eorum.

Ignis p̄petuꝝ in altari  
Leui. 6

Qualis status beatorum

Psal. 25,

EXPLICIT LIBER REVERENDI DOMINI ABBATIS

Tuitiensis, & piæ memoriæ Roberti siue Ruperti. De gloria & honore filij hominis. Liber eodem, ab optimis q̄bus sc̄p̄ iam diu desideratus, & à nemine non studiosissime reuoluendus.

HVMNVS SEV ORATIO. RVPERTI AD SANCTVM

spiritum, cuius mentionem facit libro duodecimo. Qui decantari potest sicut & hymnus ille, Veni creator spiritus & cætera.

<b>D</b> eus meus & dñs,	Vt mortuus obruitur,	Meloptimū uinum bonū
Tu es ò sancte sp̄s,	Vt resurgens egreditur	hoc uile reple uasculum,
Arma mea, scutū meū	O deus nostris auribus,	Et erit uas in gloria,
Veni in adiutorium.	Audiuimus, p̄fes nostri	Quāq̄ testa sit lutea
Tu patris indulgentia,	Opus quod operatus es,	Ignis dei, quo angelus,
Tu uera Christi charitas,	Annunciauerunt nobis	Et qui homo est & deus,
Ex te fuit consiliū,	Dum processisti igneis	Stans iuxta aram, aurcum
Saluationis hominum.	In linguis à throno dei.	Repleuerat thuribulum.
Traxisti de cælo deum,	Vt terra cælum fieret,	Purifica preces meas
In uterum foemineum,	Vt dii essent homines,	Incensa mea concrema,
Tu es amor, per quem deo	Tonant ergo miraculis	Vt ascendat ante deum,
Coniuncta est nostra caro.	Verbis pluunt cæli noui,	Fumans odor aromatum.
Fecisti domum corporis	Quā terra bibens pluuiā	Da oculos ut uideam
In matre filio dei,	Nouam concepit grām	In maxilla leuiathan.
Septem columnis æditam	Inde per orbem geniti	Foramen armillæ dei,
Per septiformem gratiam.	Adoptionis filij.	Maria per quod exijt.
Virga lesse flos ortus est,	Abba pater in te deo	Dux bone præbe ualidum
Super quem requiesceres,	Clamamus sancte spiritus.	Compunctionis gaudiū,
Cum tuis septem oculis	Magnæ sunt istæ domine	Quo castra pœnitentium
Vnus lapis apparuit.	Tuæ misericordiæ.	Regno dei uim faciunt
Tot cornibus, tot oculis,	Quæ spem meā resciant,	Te duce patris facies,
Præmuniens agnum dei.	Vt inuocem nomen tuum.	Et filij uidenda est.
Opponis hunc in prælio	O fidei signaculum	Et tu ab illis profluus
Vrso, Leoni, Colubro,	Aduocate fidelium.	Fons uitæ, pacis fluius.
Et sicut mori uoluit	Lux ignis & fons luminis	Et nunc tibi pio deo
Nos quoque doces commori.	Audi uocantem & ueni.	Et pio sit laus domino.
Dum uiuos aqua sepelis	Vides uim mei frigoris	Et gratiarum actio
O artifex mirabilis.	Scis glaciem mei cordis	Cum patre & cum filio.
Pro sepulturæ triduo	Sed aspira paraclete	Amen.
Fit tui rei merito,	Si flaueris, fluent aquæ,	